

Quapropter inuenimus principium motus solis a punctis differentiarum temporum ei<sup>9</sup> & reuersionum eius ad ea in fere trecētis annis antecedere per diem vnum fm augmentum quarte diei integre in omni anno supra. 365. dies. Abzrachis nāq; iam uehementer confi-  
derauit equalitatem autūnalē: quā subtilissime considerauit in anno. 32. reuolutionis tertie  
annorum felis. & dixit q; fuit in die tertio quinq; dierum adiūctorum in media nocte: cuius  
mane fuit quarta dies. Fuitq; annus ille post mortem Alexandri annus. 178. Deinde post  
285. annos ab anno tertio annorum attaminis: quod quidem fuit post mortem Alexan-  
dri in. 463. anno considerauimus nos et equalitatem autūnalē: fm q; subtilius possibile fuit:  
& fuit illud in die nono mensis athyr post ortum solis fere per vnam horam. Fuit ergo to-  
tum qd aggregatū est ex quartis dierum. 285. annorum egyptiacorum. 70. dies & quarta  
diei & vna. 20. partium diei loco dierum qui aggregantur ex quartis perfectis adiunctis su-  
pra. 365. dies: quos oportuit esse. 71. dies & quartam diei horum annorum. Jam ergo an-  
tecessit reuersio solis ea que aggregantur ex superfluitatibus quartarum si essent integre p  
diem vnum absq; vna. 20. partium diei vnus. Similiter quoq; dixit Abzrachis in confide-  
ratione vernali: que fuit in anno. 32. reuolutionis tertie annorum felis subtili acceptiōe qd  
fuit in. 27. die mensis mesir in principio diei. & fuit annus. 178. post mortē Alexā dri. Nos  
quoq; iam inuenimus equalitatem vernalem in anno. 473. post mortem Alexandri in die  
septimo mensis mathyr. Deinde post. 285. annos: qd fuit post mortem Alexandri in. 463.  
anno considerauimus equalitatem vernalem in die septimo mensis mathyr post medietatē  
diei fere per horā: & inuenimus que contingūt istis reuolutionibus ex superfluitatibus diei  
rum aggregatorum ex quartis in istis ānis. 70. dies & quartam diei: excepta fere vna. 20.  
partium loco. 71. dierum & quarte diei: qui sunt augmentum quarte integre cuiusq; horū  
annorum. Jam ergo hic etiam antecessit reuersio solis vernalis superfluitatem quarte in-  
tegre p diē vnā excepta vna. 20. partiū. pportio igitur. 300. annor: ad. 285. annos est si-  
cut proportio diei vnus ad diem cui deest vna. 20. partium diei vnus. Sit ergo vt antece-  
dat reuersio solis ad punctum equalitatis dies qui aggregantur ex quartis integris per di-  
em in trecētis annis. Q; si nos propter multam antecessionem annorum cōparauerimus  
considerationes nostras in quibus non dubitamus ad considerationes midan & attamin:  
que fuerunt a tropico estiuale: similiter reperiemus eas. Illa enim consideratio fuit in tem-  
pore Assuris regis ciuitatis sapientū: & in vigesimoprimo die mensis phenenath qui est vn<sup>9</sup>  
mensium egyptiorum: in principio diei. Et nos inuenimus fm veritatem cōsiderationis cū  
subtilitate que fuit in anno. 463. post mortem Alexandri in. 11. die mēsis memire post me-  
diam noctem: cuius mane fuit dies duodecimus fere post duas horas. & erat qd fuit iter cō-  
siderationem tropici estiuale: que fuit in tempore assuris: & cōsiderationem que fuit in tem-  
pore arsatochis in anno. 50. reuolutionis prime accommodate felis. quemadmodum dixit  
Abzrachis. 152. anni. Et qd fuit inter annum. 50. hunc: qui fuit in anno. 44. a morte Alexā  
dri: & inter annum. 463. in quo fuit consideratio nostra est. 419. anni. Si ergo in his. 571.  
annis fuit cōsideratio estiuale: quā considerauit attamin in vigesimoprimo die mensis phe-  
menut: fiet aggregatum ex augmento dierum super annos egyptiacos fere. 140. dies & me-  
dietas & tertia diei loco. 142. dierum & medietatis & quarte diei qui fierent in. 571. an-  
nis: si quarte fuissent integre superfluentes super annos egyptiacos. Jam ergo antecessit  
hec reuersio in his annis dies superfluentium quartarum si fuissent integre per duos dies  
excepta medietate sette partis diei. Jam ergo declaratum est: q; ipsa precessit in. 600. an-  
nis fere per duos dies integros in hac postrema cōsideratione. Et similiter inuenimus nos  
in considerationibus multis alijs postremis. Et similiter vidimus abzrachim cōcessisse hoc.  
Ipse enim dicit in libro suo de quantitate longitudinis anni: q; comparauit considerationē  
tropici estiuale: que fuit in postremo anni quinquagesimi reuolutionis felis prime ad eam  
quā etiā cōsiderauit vere & subtilr: que fuit in postremo āni. 43. reuolutiōis felis tertie: vbi  
dixit q; ostendit q; in. 145. annis festinat tropicus ante superfluitatem quarte per medietā  
tē diei & noctis. Ipse quoq; in libro suo de mensibus & diebus (postq; premisit sermonem)  
dixit: Scdm vō q; dixerunt midan & attamin est lōgitudō temporis anni. 365. dies & qrt  
ta & vna pars. 76. partium & medietas diei vnus. sed fm q; dixit felis est. 365. dies & quar-  
ta tñ. Post hoc quoq; dixit: quemadmodum narrabo verbum ex verbo. Nos autem iam  
inuenimus menses integros contineri a. 19. annis: quemadmodū inuenerunt illi. Longitu-  
dinem vō anni inuenimus iam minorem quarta per vnā. 300. partium diei vnus. & in tre-  
centis annis desunt sermoni midā quinq; dies. & sermoni felis deest vnus dies. Ubi autē  
aggregātur eius sententie in libro suo dixit quemadmodum narrabo. Jam scripsi vnum li-  
brum de longitudine temporis anni: in quo declarauī q; annus solis est tempus in quo in-  
cipit motus solis a tropico ad tropicum sui similem: aut ab equalitate ad equalitatem sui si-  
mitem q; cōtinet ex diebus. 365. dies & minus quarta diei fere per vnā. 300. partium diei  
vnus cum nocte sua. Neq; est sicut estimant disciplinales: vt sit augmentum supra. 365.  
e iiii

Calippi

Antonini Anno dñi 139 September 24

Athyr

~~mathyr~~  
mathyr parson parson

Metonis & Euctemonis  
sub Assandis Athensium magistratu

mathyr

Aristarchi

Meton et Euk = Euctemon

mathematicj

# Copernico e le traduzioni dell'Almagesto

19 aprile 2016

10.15 CONCETTA LUNA  
Scuola Normale Superiore di Pisa



DIPARTIMENTO DI CIVILTÀ E FORME DEL SAPERE

Palazzo Ricci (Aula Multimediale) via del Collegio Ricci 10, Pisa

Seminario di ricerca The Learning Roads | learningroads.cfs.unipi.it | contatti learningroads@cfs.unipi.it

Gerardo da Cremona, Venezia 1515, fol. 28r